7. Abbreviatores de parco minori et de prima visione nesciunt facere minutas, est opus eis solvere distributiones et deinde partes solvunt abbreviatoribus de parco maiori integre. Opus est in hoc adhibere remedium ad exonerandum partes, quod vel eis non distribuatur vel si distribuatur, teneant dare minutam correctam per unum abbreviatorem de parco maiori. Et si bulla fuerit rescribenda, rescribatur expensis, cui fuerit distributa. Item capiunt unum carlenum in revidendis bullis et signant eas non legendo nec etiam, si legunt, intelligunt. Opus est ab eis removere dictum carlenum et dare abbreviatoribus de parco maiori, qui totum pondus sustinent vel, si videatur non tangendum, saltem fiat quod quotiens in bulla visa et subscripta erit defectus, solvat ille, qui subscripserit, duos carlenos, quos regens cancellarie det abbreviatori de parco maiori errorem invenienti, aliter non est possible expedire bullas bono modo.

8. Item scriptores, qui scribunt bullas, non veniunt ad cancellariam et si veniunt, statim recedunt et sic si necesse est corrigere bullam, est opus sic de diversa manu e: aliquando non scriptor corrigit propter necessitatem. Opus est providere, quod scriptores, qui scribunt, non recedant, donec regens et abbreviatores de parco maiori ibidem fuerint, et habeant aliquam mensam ordinatam et sedeant ibi ad corrigendum bullas, quando opus fuerit, habeantque sua instrumenta ad id necessaria.

9. Protonotarii participantes raro vel numquam veniunt ad cancellariam et opus est, quod abbreviatores de parco maiori faciant eorum et dicti correctoris officium et non sufficit eis tempus ad revidendum bullas suas, volunt integre emolumenta et nolunt labores.

10. Quo autem ad registrum supplicationum est maxime advertendum, quia inde imminet maximum periculum. De hoc potest haberi informatio a tota curia. In primis, cum clerici serviunt cum maxima superbia et negligentia, non tenent libros sicut solitum erat, in quibus scribuntur nomina supplicantium, imo cotidie fingunt eos perditos, ut a partibus extorqueant pro querendo supplicationes eorum pecunias et aliquando unum et duos ducatos. Et quando vident unam supplicationem, que omnino debet redimi, statim abscondunt et tenent per tres aut quattuor dies vel unam ebdomadam absconsam, ut a partibus extorqueant unum vel duos ducatos et aliquando in totum fingunt eam perditam adeo, ut non possit reperiri. Et de hiis est optimus artifex inter ceteros Garsias, qui de hiis artem facit teste tota curia. Nam Reverendissimi domini S. Praxedis et Alexandrinus possunt esse optimi testes et etiam datarius, qui maiores labores habet in reprehendendo eos et in clamando cum eis propter clamores curialium quotidie et qualibet hora clamantium quam de toto officio. Solebant enim per antiquos clericos scribi nomina supplicantium de signatura in signaturam et poni in uno folio, quod affigebatur ibi in pariete, ut omnes viderent. Nunc autem vix scribunt in uno libro et ut dictum est statim est deperditum, quod numquam retroactis temporibus fiebat. Scriptores autem scribunt et volunt aliquando duos et tres carlenos pro una supplicatione allegantes esse magnam et si volunt computare parvas cum magnis, multotiens non deberent habere quattuor bayochos, quia maior pars supplicationum sunt parve scripture et quando est una reformatio duarum aut trium litterarum, ita volunt unum carlenum sicut de magna.

11. Faciunt litteram pro maiori parte, que legi non potest, et quando unus indiget sumpto, multotiens reperitur aliter scriptum quam fuerit in

originali supplicatione. Magistri vero parum et vix in die spacio duarum horarum resident in registro, discurrentes hincinde, quia etiam habent alia officia et exercicia, quibus magis intendunt, et sic maximum partes dispendium patiuntur, quia non auscultantur cum tempore supplicationes nec ad cancellariam mittuntur. Et in tam parvo spacio duarum horarum non possunt bene auscultari supplicationes, iudicent D. V. R.me, que si audirent, quando leguntur, discernerent impossibile esse eas bene auscultare. Nomina et cognomina personarum et beneficiorum numquam concordant, quia scribunt uno modo in libro et alias est in supplicatione. Et multotiens fuerunt missa sumpta ad cancellariam clausa et auscultata, que quando remissa fuerunt iterum ad registrum, fuerunt addite duo aut plures clausule intantum, quod abbreviatores de parco maiori videntes huiusmodi pericula sepius voluerunt detinere supplicationes originales penes se, quia multotiens habuerunt sumpta discordantia ab originalibus supplicationibus. Nam semel d. Jacobus de Rizonibus expediverat unam bullam cum clausula obstantiarum prout in originali cavebatur, postea contigit litigari super beneficio, una pars habuit sumptum a registro, in quo clausula illa non erat. Remissa fuit bulla ad cancellariam ad corrigendam per auditorem rote, tandem disputata materia in parco longo tempore fuit decretum, quod bulla corrigeretur, sed antequam fieret correctio tantum supersessum fuit, quod ut voluit deus unus tertius, qui supplicationem originalem habebat, illam portavit ad dictum dominum Jacobum, qui illam ostendit in parco et illa clausula obstantiarum erat in medio aliarum clausularum, et sic, qui sollicitabat correctionem, conscius mali sui aufugit a curia. Contigit idem domino N. Bregeon, cuius una bulla fuit correcta, quia, ubi debuit scribi in registro " et cum derogatione predicta „ scriptum fuit " et cum surrogatione predicta „ fuit una magna causa in rota. Non est diu, quod unus impetraverat duo beneficia, perdita fuit supplicatio originalis, in registro non repertum fuit nisi unum beneficium. Parum est, quod unus Ispanus, qui resignaverat certa prestimonia valorum CC tempore Innocentii, quando voluit expedire resignans bullas pensionis, que erat LX ducatorum et ultra cepit sumptum de registro, invenit in sumpto, quod ubi debebat dici CC positum fuit X et sic resignans perdidit pensionem, quia non fuit dare remedium, quia super beneficiis valorum X florenorum non poterat dari pensio LX. Videant D. V. R.me qua diligentia auscultentur supplicationes. De similibus in parco continue fuerunt, imo faciunt unum aliud, quod ubi clerici solebant scribere sumpta, nunc partesmet scribunt. Satis est, quod quecunque originalis supplicatio capiatur, videbitur discordare in aliquibus a registro et in hoc est maxime advertendum et ut dictum est non est possibile aliter facere, nisi magistri cum maiori diligentia et longiori tempore sint quolibet die in registro, sed sunt impliciti aliis negotiis et parum curant de publico. Immo aliqui dictorum officialium de registro habent multas sollicitationes, quod quantum conveniat, cogitent D. V. Superioribus mensibus fuit unus ex magistris, qui vocatur Petrus Colini, qui usurpans officium vicecancellarii seu sui regentis faciebat in supplicationibus in registro " R(ecipe) P. Colini „ et licet pluries monitus fuisset a regente, tamen perseverabat, ut haberet a partibus pro distributione, cum sit abbreviator de prima visione, quatuor vel duos carlenos.

12. In dicto registro sunt tres ordines personarum: magistri clerici et scriptores, qui omnes semper sunt in maxima discordia et licet fuerit mandatum eis per S.mum Dominum Nostrum instante moderno datario sub gravissimis penis etiam pecuniariis et privationis, ne deferant quinternos et supplicationes extra registrum, tamen continue deferunt non obstantibus

multis minis et monitionibus factis eis per dictum datarium. Et si clerici et magistri vident, nolunt eos reprehendere. Quod quam periculosum sit, cogitent D. V. Supplicationes multe dantur partibus et ad cancellariam non mittuntur, perduntur plurime defectu clericorum et scriptorum et opus est (ut) partes perdentes solvant etiam sumpta. Quando supplicationes sunt auscultate, deberent dari non scriptoribus sed clericis ad hoc, ut fraudes evitarentur, ut quando perduntur clerici allegare non possent se non perdidisse nec recepisse. Etiam nedum deberent registrari omnes reformationes, sed etiam copie reformationibus preinserte propter plurima scandala, que oriuntur et in dies oriri possunt. Nec inconveniens esset imo laudabile, ut scriptor non auscultaret cum auscultatoribus seu magistris supplicationes per eum registratas, sed per alium scriptorem auscultari deberent. Et multa dicta sunt de isto officio registri supplicationum, quia tota curia de hoc clamat et est maxime importantie et a longo tempore citra sunt facti incorrigibiles.

13. Ad providendum indemnitati partium et ad alleviandum tam Dominum Nostrum quam signatores et referendarios ac etiam ad subveniendum partibus ad Romanam Curiam venientibus pro negotiis eorum unum esset optimum remedium, nam maior pars supplicationum fit per copistas et homines penitus ignaros, portantur referendariis vel signatoribus et pro maiori parte non intelligunt, quid petant, nec sciunt, quid eis expediat, nec sunt clausule necessarie et, quando partes volunt bullas super supplicationibus expedire et credunt aliquid obtinuisse, nichil habent propter defectum clausularum et aliorum necessariorum. Et sic aliquando remanet homo destructus in tempore et pecuniis perditis et gratia sua. Opus esset remedium adhibere aliquod, quod cederet ad maximam alleviationem partium signatorum et referendariorum, videlicet quod inhiberetur quod supplicationes non fierent nisi per peritos vel non reciperentur per referendarios, nisi subscripte essent in fine carte per unum de parco maiori, quia quilibet de parco maiori non curaret subscribere supplicationes, nisi essent concessibiles et bene formate (*a*).

14. Item in registro supplicationum, quando auscultantur supplicationes, sum informatus ab aliquibus in ipso registro, quod non legunt supplicationes de verbo ad verbum nec forte medietatem, prout poterit apparere, si D. V. vocent clericos et deferant eis iuramentum. Item quod plus est, quod multe fuerunt alias registrate sine data et postea data adiuncta sine originali supplicatione et quod forte adhuc in libris registri alique reperiuntur registrate et auscultate sine data.

C. Auszüge aus der Reformbulle Alexanders VI.

Nach Cod. Vat. lat. 3884 f. 73 sq., mit Heranziehung der von Pastor III 897 für eine zukünftige Edition vorgeschlagenen Abschrift in Cod. Arch. Vat. Misc. Arm. XI tom. 88. Jedoch scheint mir kein Zweifel darüber bestehen zu können, dass erstere Handschrift dem Original näher steht, das ja nie eine Schlussredaktion erfahren hat, und dass die andre Kopie, wahrscheinlich aus der Zeit Pauls III stammend, wenn sie auch hier und da bessere Lesarten enthält, doch nur Emendationsversuche bringt und dabei nicht immer das Richtige getroffen hat.

(*a*) Neben diesem Abschnitt am Rand von kursiver Hand: sub hoc capitulo non bene cadit, quia ab ipsis non fiunt.

1. Propine pro cardinalibus honeste: Pro relatione in consistorio facta vel facienda vel pro sententia lata sint cardinales contenti muneribus a iure permissis ut esculentis et poculentis, que paucis possint consumi diebus, quod vero ultra acceperint, teneantur illud vel tantumdem vel in specie vel in quantitate Christi pauperibus erogare. Relationes quoque super provisionibus faciende ipsis cardinalibus per turnum iuxta laudabilem morem committantur.

2. Laicis non dentur officia rem divinam concernentia: Ad officia, in quibus de rebus spiritualibus et ecclesiasticis quomodocunque tractandum est, laici censeantur de cetero inhabiles etiam clerici conjugati prout alias ordinatum fuit. Qui vero de cetero contra constitutiones in hoc alias editas assumpti fuerint neque titulum neque ius aliquod in officio acquirant sed semper pro intrusis habeantur et officia, quibus se ingerent, aliis habilibus conferantur salvo in premissis eo, quod in scriptoribus literarum penitentiarie suo loco statutum est.

3. Officiales non sint oratores: Ne oratorum officia vilescant et honori eos mittentium detrahatur, nullus de cetero pro oratore admittatur, qui in Romana Curia officium qualecunque solus vel communiter cum alio exercet; monstruosum est enim eum, qui in capella Pontificis et aliis publicis actibus inter magnos sedet oratores, postero die ut privatam personam coram officialibus et magistratibus per curiam discurrere. Si quis tamen orator officio debita gravitate servata fungi voluerit, officium, quod ut privatus habet, non exerceat neque per se neque per alium, immo durante legatione habeatur quoad illud officium in omnibus etiam quoad emolumenta pro absente ex causa voluntaria non necessaria. Volumus etiam, quod oratores pro sollicitandis negotiis sue legationis vel alia quavis causa ad domus vel habitationes alicuius exceptis (domibus) DD. cardinalium et aliorum oratorum non accedant nisi de mandato Pontificis ad aliquem informandum mitterentur.

4. Per episcopatum desinat esse auditor: Erneuerung der Verfügung v. 23 Aug. 1485 (Urk.-Reg. 185).

5. Auditores non sint oratores: Auditores S. Palatii oratorum officio in Romana Curia nullatenus fungantur. Contrafaciens privationem sui officii ipso facto absque alia declaratione incurrat. Si quis autem ad presens officio oratoris fungatur, infra tres menses a die publicationis presentis constitutionis desinet ex toto esse orator vel pro oratore se gerere vel nominare similem privationis penam si contrafecerit statim incursurus. Idem quoque de procuratoribus Romane Curie, qui se pro oratoribus gerentes duo officia satis incompatibilia sine honore suo et eorum pro quibus agunt inepte exercere conantur, dum uni insistunt, ab altero abstineant.

6. (De notariis rote). Scribant per se ipsos notarii: Notarii s. palatii per se ipsos non per substitutos scribant acta iudicii presertim in rota, possit tamen auditor super hoc ex causa legitima de suorum coauditorum consensu dispensare.

7. Notarii rote resideant: Notarii s. palatii apostolici non possunt se a Curia Romana absentare nisi cum licentia Pontificis et de consensu sui auditoris et ad modicum tempus; qui autem nunc absentes sunt, teneantur si citramontani infra duos, si ultramontani infra tres menses a die publicationis presentis constitutionis esse in Romana Curia, alioquin emolumenta causarum perdant et suis sociis applicentur et ad privationem officii contra eos procedatur.

8. (De scriptoribus penitentiarie): De cetero perpetuis futuris temporibus nullus... (= reformatio Sixti IV, oben p. 231) peregerit; qui aliter

assumptus fuerit, nullum ius nullumque titulum in officio acquirat, sed semper pro intruso habeatur.

D. Abgelehnte Anträge und unberücksichtigte Vorschläge.

Die hier folgenden Stellen entstammen der ersten Materialsammlung (prima congeries rudior) der Reformkommission in Cod. Vat. lat. 3883 f. 142-156 (Cong.), den formulierten Anträgen, Proponenda, ebd. f. 80-86 u. 104-141 (Prop.), und der ersten noch nicht endgültigen Beschlussfassung, den Conclusa, ebd. f. 94-104 (Conc.). Über die einzelnen Stadien vgl. Célier in Mél. d'arch. e d'hist. XXVII 109 sq.

1. Gegen die Ämterkäuflichkeit.

Officia nova: quod officia nova et inutilia removeantur maxime officium ianizariorum vulgariter nuncupatum et si dicatur, quod exposuerunt pecunias sub fide pontificis et s. collegii, provideatur per collationem beneficiorum, si sint idonei, vel alia aliqua honesta via per dationem aliorum officiorum.

Aus den Vorschlägen des Kard. Caraffa Vat. lat. 3884 f. 110 v.

Officia non consueta vendi ante Sixtum, ut clericatus camere, subdiaconatus, acolitatus et si quae alia sunt, non vendantur.

Officia noviter in romana curia erecta et non necessaria, sed multum honerosa restituta pecunia reducantur in pristinum statum vel saltem regulentur.

Officia, que temporanea erant et nunc pro pecunia perpetuata, reducantur in pristinum statum.

Aus den Vorschlägen des Kard. Piccolomini Vat. lat. 3883 f. 169, vgl. Célier p. 100 sq.

Officia ecclesie et curie romane etiam (per que iurisdicendi potestas tribuitur), que de sui natura ab initio vendi non consueverant, desinant ex nunc esse venalia neque de cetero per papam vel alium quocunque modo vendantur. Neque ipsi officiales, quibus quovismodo ad presens licet ea vendere, possint de ipsis ullum contractum lucrativum... (*a*) facere; officialis qui emendo vel vendendo contrafecerit, precium et officium statim ammittat et per papam alteri conferatur (*b*), ut sic officialibus curie dicere possint, qui eis indigent " gratis accepistis, gratis date „.

Cong. f. 152 v am Rand.

Die zweite Fassung Prop. f. 110 v sq. weicht von der endgültigen (bei Tangl KO 405, 8) noch insofern ab, als erst nach mehrfachen Umredaktionen: que terrarum ecclesie... u. per que iurisdicendi potestas tribuitur die Fassung: quorum exercitia rem divinam concernunt stehen blieb. Der Schlusssatz ist gleichfalls erst nach mehrfachen Umredigierungen, wovon die eine (excipiuntur etc.) bei Tangl in der Note mitgeteilt ist, zustande gekommen. Auch hier f. 110 v wurde hinzugefügt der Satz: Suadendum etc. (vgl. Tangl in der gleichen Note), der, obwohl nur eine redaktionelle Notiz, auch in die Conclusa f. 99 v u. Vat. lat. 3884 f. 84 übernommen wurde.

(*a*) Unleserlich. (*b*) Hier später eingefügt: que vero de sui natura vendi consueverant, si ultra precium ab initio usitatum vendantur, irrita sit venditio.

2. Zur Suppression einzelner Ämter.

Secretarii, protonotarii: Sanctum esset horum officia sine ipsorum preiudicio extinguere, vel legem dare taxis eorum. Et si taxas non habent, constituere moderatas, si habent et sint immoderate vel eas excedant, novum moderamen apponere. Et quod decetero minori precio venderentur, ut facilius moderacionem taxarum ferrent.

Vat. lat. 3883 f. 94 v (ob zu den Conclusa gehörig?).

Die Sollizitatoren betreffend:

Bonum esset et toti curie saluberrimum deputare duos, qui viderent quantum quisque ex sollicitatoribus, quos ianiceros vocant, exposuerit pro officio suo, quantum etiam ex eo perceperit et quod super est ad adequandum precium, quo emit, (habita etiam ratione laborum suorum) illud sibi restituatur vel de beneficiis ei provideatur. Et hoc facto illud officium extingueretur.

Cong. f. 150; die weiteren Fassungen in Prop. u. Conc. gedr. bei Tangl 406 not.

3. Gegen Taxüberforderungen.

Sub pretextu quod bulla habeat aliquas narrativas vel clausulas extraordinarias aut materiam prolixe scripture non liceat scriptoribus aliquid ultra taxam accipere, contrafaciens sit excommunicatus a solo papa absolvendus et camere apostolice debitor extunc in XXV ducatis. Si iterum contrafecerit, officio suo statim privatus.

Eadem per omnia serventur de scriptoribus et clericis et magistris registrorum et notariis camere apostolice et omnibus aliis officialibus. Si quis ex scriptoribus pro quavis bulla, ex qua taxa non solvitur, ultra V carlenos acceperit, teneatur totum et etiam V illos carlenos parti restituere et mulctatus intelligatur ex nunc camere apostolice in ducatis XXV.

Summatori bullarum, que per cameram expediuntur, sufficiant tres carleni, contrafacienti sit pena proxime dicta.

Pro correctionibus supplicationum registratarum ex illis verbulis: tolle, adde, corrige vel cassa tantum accipiatur, quantum pro registratura totius supplicationis accipitur videlicet unus carlenus, contrafacienti sit pena paulo ante notata.

Cong. f. 152 v sq.; fast gleichlautend in Prop. f. 115.

4. Gegen Nichtbeachtung des Gratisvermerkes.

Quotiens officiales cancellarie collegialiter vel separatim mandata pontificis de expediendo gratis adimplere non curaverint, excommunicationis sententiam..... incurrant. Idem de officiali quocunque cancellarie, qui cum habente simile mandatum componit et, quod ex compositione accipit, faciat suum.

Prop. f. 115; ähnlich (bis auf den fehlenden letzten Satz) schon in Cong. f. 148 v.

5. Über die Ämterbesetzung.

Non expedit rei publice aliquem duo officia exercere non connexa omnino presertim habentia lucrativum exercitium non autem onerosum, et esse clericum camere et gubernatorem alicubi vel collectorem et episcopum simul et his similia. Sic etiam de religiosis minoribus a prudente considerandum.

Cong. f. 149.

Necnon deinceps possit esse abbreviator vel scriptor apostolicus nisi clericus et primo anno sui officii saltem subdiaconus, contrafaciens habeatur pro intruso et titulum officii lapso anno eo ipso amittat.

Cong. f. 148 v; zu diesem Absatz gehört wahrscheinlich folgender Randvermerk: Idem servabatur antiquitus, hinc hodie sunt mile rapine.

6. Gegen Privilegierung der käuflichen Ämter.

Scriptores et alii officiales sint imposterum contenti privilegiis tempore institutionis officiorum eis concessis. Cetera privilegia eis postea concessa sive prerogativas sive immunitates aut alia contineant per omnia irrita sint et pro infectis habeantur, exceptis privilegiis datis officiis, que non emuntur.

Cong. f. 152 v.

V) Reformarbeiten unter Leo X.

Der Enquêtebericht von 1513.

Überliefert in Cod. Mon. lat. 422 f. 224-238 mit der Überschrift: Insolite exactiones et notabiles abusus in romana curia nostris temporibus introducti circa bullarum expeditionem; er behandelt folgende Beamtenklassen: camerarii, cubicularii, parafrenarii papae, servientes armorum, clerici camerae, notarii camerae, summista, secretarii, taxatores plumbi, plumbatores, registrum supplicationum, registrum bullarum, abbreviatores, scriptores, sollicitatores, secretarius vicecancellarii, protonotarii participantes, custos cancellariae, subdiaconi apostolici, magistri ceremoniarum, advocati consistoriales.

Die von Julius II berufene Kardinalskommission hat auch nach Erlass der Bulle v. 30 April 1512 weitergetagt und zwar unter Heranziehung neuer Mitglieder und wahrscheinlich auch bereits einiger Beamten; sie hat aber ihre Arbeiten bis zur 4. und 5. Sitzung nicht abgeschlossen vgl. die Bulle v. 20 Febr. 1513 in Acta concilii Lateranensis (Druck v. 1521) f. 63. Am 3 Juni 1513 wurde sie unter Berufung weiterer Mitglieder in drei Ausschüsse geteilt, von denen einer die Reform der Kurie zur Aufgabe erhielt. In der 6. Konzilssitzung v. 17 Juni 1513 erhielt die Kommission für Reform der Kurie den Auftrag ihre Arbeiten zu beschleunigen, um in der nächsten Sessio über ihre Beschlüsse Bericht erstatten zu können, unter Festlegung folgender Richtschnur für ihr Vorgehen: quod auditis prius et intellectis officialibus (romane curie) eorumque iuribus examinatis reformationem iuxta tenorem litterarum Julii predecessoris desuper editarum et concilii in tertia sive quarta sessione determinationem ac iuxta primevas officiorum institutiones seu antiquas consuetudines usque ad tempora pie memorie Sixti etiam predecessoris nostri observatas vel alias prout eis vide-

bitur facere formasque et modos, quos officiales ipsi in exigendis taxis emolumentis regalibus et proventibus quibuscunque servare et a quibus..... abstinere teneantur, particulariter et distincte declarare et decidere..... debeant..... Bulle v. 17 Juni 1513 Act. conc. f. 90 v. Diese Kommission brachte, nachdem sie sich am 13 Okt. in 5 Unterausschüsse geteilt hatte (vgl. Hergenröther Konz.-Gesch. VIII 810 sq.), ihre Arbeiten knapp vor der sessio VIII, die mit Rücksicht auf sie um drei Tage verschoben worden war, zur abschliessenden Redaktion vgl. Act. conc. f. 93. Die so entstandene Reformbulle, welche am 19 Dez. gebilligt wurde, trägt auffallender Weise das Datum des 13 Dez. Da auch sie, was bei der Eile der Arbeit am Schluss erklärlich scheint, noch Lücken liess und einige Punkte einer späteren Entscheidung vorbehielt (vgl. §§ 35, 36), blieb die Kommission bestehen, z. T. wohl auch zur Entgegennahme etwaiger andrer Beschwerden, vgl. Hergenröther VIII 592. Von weiteren praktischen Ergebnissen ist nichts bekannt. Die in der sessio IX am 5 Mai 1514 verlesene Bulla reformationis curiae (vgl. Act. conc. f. 127) enthält keine speziell auf die Beamten bezüglichen Bestimmungen.

Zu den Akten dieser Kommission gehört nun der oben genannte Bericht. Da fast Punkt für Punkt der hier gemachten Feststellungen in der Reformbulle v. 13 Dez. berücksichtigt ist, stellt er sich als eine Vorarbeit derselben dar. Als Zeitmerkmale ergeben sich aus dem Bericht unmittelbar die Angaben, dass der Erzbischof Heinrich von Tarent, clericus s. collegii, vor einiger Zeit gestorben sei (f. 226 v, vgl. Liste XI 6) und dass von dem modernen Datar berichtet wird, dass er magister plumbi gewesen (f. 229 v). Das letztere trifft auf Lorenzo Pucci zu, vgl. Liste XVI 24. Der Bericht ist demnach vor Mitte September zu setzen. Er entspricht seiner Tendenz nach dem am 13 Juni 1513 ausgesprochenen Programm, nach ausgiebiger Anhörung der Beamten und Prüfung ihrer Rechte an der Hand der erlassenen Bestimmungen die alten Verfügungen wieder zur Geltung zu bringen. Waren diese Richtlinien der Kommission etwa schon in der sessio IV gezogen worden (vgl. oben), so kommen als weiteste Grenzen für die Abfassung die Monate Jan.-Sept. 1513 in Betracht.

Der Bericht, der nach einer öfteren Anrede (Dominationes Suae) an die vorsitzenden Kardinäle gerichtet ist, wurde abgefasst wahrscheinlich von den der Kommission beigegebenen Prälaten (vgl. Act. conc. f. 79 v, Hergenröther VIII 566). Es zeigt sich darin Personalkenntnis in den höheren Amtern auch für weiter zurückliegende Zeiten. Von diesen Prälaten war bei Berufung nur Jacobazzi, der greise Bischof von Luceria, in einem kurialen Amt (aud. s. pal.), vielleicht Pallavicini, Bisch. v. Cavaillon, schon Referendar; von den übrigen waren aus ihren Ämtern bereits ausgeschieden der Bisch. v. Mileto (vgl. Liste XX 223), der Bisch. v. Alessandria (unter Julius II Referendar u. part. Notar) u. der Bisch. v. Aosta (bis Okt. 1512 not. rotae), der Rest noch nicht mit der Kurie in amtlicher Beziehung. Eine gewisse Sachkenntnis und wohl auch Unbefangenheit gegenüber den Intressen der Beamten war bei ihnen anzunehmen. Jedenfalls zeigt der Bericht nicht eine Spur von Nachgiebigkeit diesen gegenüber, obwohl hierfür formell die Erklärung v. 17 Juni schon Spielraum geboten hätte. Die Wendung erfogte vielmehr, wie ich glaube, erst mit dem Eintritt von Pucci in die Kommission (vor 17 Okt.), der eben sein Datarsamt niedergelegt hatte und wusste, was bei einschneidenden Taxreduktionen für die Finanzen der Kurie auf dem Spiele stand. (Spuren von seiner Hand blieben bei der Redaktion der Reformbulle z. B. in der Registertaxe stehen § 25;

in der Bulle v. 17 Sept. 1517, in der er noch als Reformator bezeichnet wird, ist er es, der zu Nachgiebigkeit geraten hat).

Für die Geschichte des V. Lateranensischen Konzils hat der Bericht insofern eine besondre Bedeutung, als er als das einzige Stück, das aus den Akten des Konzils selbst bekannt geworden ist, einen Blick in die ausserhalb der grossen Öffentlichkeit sich abspielenden Bestrebungen gewährt. Die Überlieferung an so entlegener Stelle erklärt sich dadurch, dass der ehemalige Besitzer der Münchner Handschrift, der gelehrte Sammler Widmanstetter, politischer Agent der Herzöge von Bayern in Rom zu der Zeit war, als das Aktenstück durch die Reformkommission Pauls III (wie deutliche Anspielungen und wörtliche Anlehnungen in deren Arbeiten beweisen, vgl. Ehses p. 476 vorletzter Absatz und Eingabe A 4) wieder ans Tagelicht gezogen wurde.

* Mit Rücksicht auf die Länge des Stücks und die mangelhafte textliche Überlieferung werden im folgenden jedoch nur einige für die Darstellung benötigte Stellen mitgeteilt.

1. (f. 228 v). Domini secretarii pro registratura unius bulle debent habere ut alii registratores grossos III; capiunt tamen ad minus VI, VIII et ultra pro arbitrio et per suos substitutos registrari faciunt. Abusus!..... Plura de huiusmodi officio dici possent, quia nihil est in eo nisi omnibus odiosum sine ullo romane curie comodo, imo cum omnium subditorum Romane Ecclesie detrimento. Ideo etiam indigent quoad taxam officiorum ecclesie terrarum, puta gubernatorum potestatum vicariorum castellanorum et aliorum officialium, que adeo sunt excessive et inhoneste, ut totum emolumentum officiorum absorbeant in fine semestris vel officii et nullus probus vir reperitur, qui similia officia velit exercere; unde resultat magnum damnum et incomparabilis iactura et ruina status ecclesie; unde reducendo taxas ad moderationem honestam et dummodo dictum officium esset precii trecentorum ducatorum anno quolibet, esset bonum officium et relevarentur civitates Ecclesie subdite a magnis oppressionibus, attento quod tempore institutionis officii emolumentum non excedebat 350 ducatos ad plus, nunc 500.

2. (f. 229 v). Taxatores plumbi inter alia eorum emolumenta debent habere ex concessione apostolica grossum unum pro qualibet bulla; ipsi tamen exigunt grossum I pro quolibet plumbo; asserunt enim bullam esse plumbum et non membranum (*a*); illas autem litteras nominari (*b*) dicunt et non bullas. Hoc autem inceperunt tempore Alexandri, cum ante pro principali et executoriali simul acciperent tantum carlenum I.

Item pro regalibus eorum in consistorialibus habere solebant usque ad tempus, quo (*c*) dominus modernus datarius fuit magister plumbi, ut D(ominatio) sua R.da bene recordatur, ducatos III, IIII vel quinque in totum, secundum quod ecclesie vel monasteria erant pinguiora et pro liberalitate solicitantium ea; nunc autem et a predicto tempore citra exigunt secundum taxam protonotariorum vel paulo minus iuxta regulam, quam ipsi domini taxatores pro libitu inter se non requisitis partibus fecerunt et exigunt pro eorum regalibus XX, XXX, L, LXXX ducatos et ultra secundum ecclesiarum vel monasteriorum taxas maiores vel minores et pro ecclesia titulari, cui (*d*) nulli sint redditus, accipiunt ad minus ducatos V. Inde crevit pretium illorum officiorum: solebant enim vendi (*e*) pro pretio duorum aut

---

(*a*) membrane Hs. (*b*) nominate Hs. (*c*) quod Hs. (*d*) que cui Hs. (*e*) fehlt Hs.

trium millium ducatorum, nunc autem venduntur pro pretio quinque millium et ultra.

Item de monasteriis, que per supplicationem expediuntur, etiam si taxata (*a*) reperiantur, dummodo valor eorum non excedat summam CC ducatorum, pro eorum regalibus non debent grossos VI accipere; tamen accipiunt.

Item exigunt regalia retentarum ecclesiarum vel monasteriorum ad eandem (*b*) rationem et pro libito capiunt, licet non possint neque debeant aliquid exigere ex prisca consuetudine.....

3. (f. 230). Domini plumbatores barbati..... Item pro bullis consistorialibus debent habere pro quolibet ducato grossum I et pro qualibet bulla ultra debitum capiunt grossum I et pro qualibet bulla etiam non taxata exigunt grossos IIII.

Item si similes bulle fuerint gratis expedite, pro qualibet debent habere grossum I, tamen capiunt tres et supra.

Item pro litteris clausis ad dominos temporales debent habere grossos IIII; ipsi vero capiunt ducatum I et grossos IIII ultra taxam collectoribus solutam.

Item pro expeditionibus consistorialium aliquando sollicitantes dabant ipsis grossos IIII vel VI; nunc vero nisi pro eorum arbitrio solvantur, bullas retinent, ita quod aliquando pro una consistoriali ad minus capiunt III, X, XX et ultra ducatos et pro servitoribus similiter ducatos II vel plures pro una consistoriali (*c*).

Item de monasteriis per supplicationem expeditis habere debent grossos V et capiunt ducatum I.

Item de devolutis nihil debent habere, nisi pro plumbis; tamen exigunt ducatos III, IIII et ultra pro eorum regalibus, ut ipsi appellant, si devolutum non sit taxatum ultra C; si autem ultra C taxetur, iuxta predicta dimittunt et eorum loco exigunt grossos triplicatos; nam grossi eodem modo triplicati ad maiorem summam ascendunt quam faciunt iura predicta et sic semper intendunt ad id, quod ipsis utilius videtur.

Item pro bullis, que per cameram expediuntur, taxatis ad grossos C vel CC pro quolibet centenario debent habere grossos X; tamen semper unum ducatum exigunt.

Item pro bullis per cameram expeditis et propter rasuras vel alias rescriptis debent habere pro plumbo grossum I; tamen pro quolibet ducato taxe grossum unum exigunt.

(f. 231). ..... Item domini barbati sive plumbatores in consistorialibus facto computo ut supra exigunt ducatum unum pro principali bulla, qui pro iuribus eorum (*d*) solvitur nec ultra debent petere nec habere; tamen ultra hoc exigunt pro eorum regalibus, sic enim appellant, ad libitum ut supradictum est; et posteaquam extorserunt, quantum potuerunt indebite, dant bullas in manibus servitorum suorum, cum quibus opus est pugnare, nec volunt eas partibus restituere, nisi eis solvatur ducatus I vel II, ut dictum est.

4. (f. 231 v). ..... Scriptores registri supplicationum nil debent capere nisi grossum unum pro supplicatione; tamen nisi eis aliquid ad partem solvatur, partes dilatant et supplicationes per sex et octo dies retinent. Item tenentur registrare omnes supplicationes in registro neque exinde aliquid

---

(*a*) taxe Hs. (*b*) dandum Hs. (*c*) Quod — consistoriali in Hs. doppelt kopiert. (*d*) eius Hs.

extrahere neque enim quinterni debeant unquam ex registro amoveri; sunt enim maxime importantie; tamen contrarium faciunt et sepenumero perduntur non sine romane curie detrimento.

5. (f. 231). Domini magistri (registri) bullarum alias registratores litterarum apostolicarum vocabantur: nam quilibet eorum duos habebat famulos qui registrabant, pro quorum salario dabantur ducati IV singulis mensibus pro quolibet servitore; et registratores iuramentum prestabant in camera apostolica tam proprio quam servitorum nomine; constat hoc ex forma iuramenti in camera apostolica et ex libris concilii Constantiensis; et habebant prefati registratores emolumenta omnia, que nunc habent, exceptis plumbis, quorum (*a*) loco habebant taxas ruptas, quas perceperunt usque ad tempora Sixti. Sed orta postmodum inter registratores et scriptores controyersia domino Paulo Tuba procurante coram (*b*) Rev.mo tunc vicecancellario A. Maria (*c*) taxe rupte fuerunt eis adempte et mandatum scriptoribus apostolicis, quod de cetero taxe rupte non fierent et abinde citra in eorum loco habuerunt pro qualibet bulla grossum I; succedentibus autem temporibus facti fuerunt in dicto registro XII scriptores, de quorum institutione nihil invenio, nisi quod VIII ex eis etiam hodie sunt salariati prout a principio fuerunt dicti servitores et ex pecuniis registri singulis mensibus habent pro quolibet ducatos IV, alii quattuor scriptores salariati non sunt.....

(f. 232 v). Scriptores registri bullarum nullum volunt superiorem nisi Rev.mum vicecancellarium, qui vacare non potest, nec subiici volunt correctioni dominorum magistrorum, qui debeant eis in rebus officium concernentibus precipere et, cum delinquunt, multare et si opus fuerit suspendere etc., ut per illos, qui constitutiones officii viderant, affirmatur; tamen ut commodius viam modo suo facere possint, quidam ex scriptoribus constitutiones officii prefatas subtraxisse dicitur et sic corrigibiles pro voluntate manserant, etc. Prefati scriptores, ut supra tactum est, habere debent, prout tempore Sixti capiebant, pro registratura simplicis bulle grossos III et pro duplici IIII, nunc pro simplici exigunt V et pro duplici VI et VII, VIII, X et XV, si sit bulla aliquantulum magna.

Item pro registratura litterarum consistorialium, quoniam sola principalis registratur, debent habere ducatum unum; ipsi autem capiunt pro turno, ut ipsi nominant, ducatos IIII, et pro registratura ducatum I. Item ultra turnum pro omnibus bullis, que cum principali bulla consistoriali..... (*d*) in plumbo taxantur, ut est bulla absolutionis, commissionis iuramenti, muneris consecrationis et eiusmodi, si plures essent, quas bullas ad partem vocant unius consistorialis, ascendunt ad summam VI ducatorum ad minus, cum unus tantum eis debetur ut supra dictum est.

Item pro bullis magnis numerum quinquaginta linearum excedentibus et pro quinternis debent habere ducatum I, tamen capiunt pro bullis magnis ducatos quattuor pro turno, ducatum unum pro registratura ad libitum, res iniqua profecto.

Item aliqui sunt scriptores, qui adeo male scribunt, ut eorum littere etiam ab ipsismet legi non possint; unde non possunt dari copie vel sumpta, nisi proprii sumptores legant, quibus defunctis illa registra cum ipsis moriuntur in dedecus romane curie; hoc autem accidit, quia insufficientes admittuntur et incorrigibiles sunt. Item prefati scriptores registri faciunt

---

(*a*) que pro Hs. (*b*) cum Hs. (*c*) in Hs auf ursprünglich freiem Raum von andrer Hand nachgetragen Ameriae. (*d*) taxantur Hs.; vermutlich zu emendieren: expediuntur et.

bullas expectativas et..... (*a*) per substitutum registrare, que mala est introductio et noxia, nam ipsi registrare debent omne. Mala est consuetudo registratorum sive registri scriptorum bullas super minutis registrare, ut frequenter faciunt, nam cum postea cum bullis collationantur, propter incorrectionem registra depravantur et turpia sunt.

Item capsarius registri accipit indebite pro quolibet consistoriali ducatum I pro portu, cum nil habere debeat, nisi II grossos. Item quando facit computum cum partibus de taxis ruptis videlicet de carlenis, capit X grossos pro ducato, licet computare debeat XII grossos pro ducato, sicut alia officia faciunt.

6. (f. 233). Domini abbreviatores de parco maiori debent habere pro qualibet supplicatione eis distributa grossos V et propterea in litterarum expeditione dimittuntur grossi V, tamen si supplicatio sit duplex, ut puta resignatio cum pensione, sive (*b*) faciunt vel non faciunt minutas, pro distributione habere volunt ultra ducatum grossos V et sic pro qualibet materia grossos V, sed postea in expeditione litterarum non dimittuntur nisi grossi V, etiam quando supplicatio fuerit duplex vel quadruplex.

Item ubi alia officia capiunt pro ducato grossos XII, ipsi capere nolunt nisi grossos X et sic capiunt julium pro carleno.

Item in expeditione consistorialium debentur eis ducati II tantum pro turno, tamen si sit provisio cum administratione vel reservatione fructuum et retentione et eiusmodi pro una quaque materia capiunt ducatos II pro turno, tamen in litterarum expeditione non dimittunt in uno turno nisi ducatos II.

7. (f. 233 v: Abbreviatores de minori) .....Sed unum est maxime advertendum, cum abbreviatores de minori debeant ex officio aliquas bullas iudicare et minutas aliquas facere et in prima visione bullas male scriptas et incorrectas corrigere et plura facere, que requirunt experientiam cum doctrina et que imperitus vel litterarum inexpers facere nequit sine dedecore nedum officii sed totius romane curie: certe qui grammaticam ignorant, admitti ad tale officium non deberent et casu, quo admitterentur, deberet eis provideri, ne signarent bullas in prima visione neque eas iudicarent, quas legere quandoque nesciunt, ne extra romanam curiam tales bulle pro honore sedis apostolice viderentur; multi sunt tales in dicto officio, ut plures bullas signent quam faciunt eruditi, et similiter iudicant gramaticam penitus ignorantes et illis supplicationes distribuuntur sicut aliis peritis, qui limites facere sciunt, quod incongruum et inhonestum videtur.

Item capellanus abbreviatorum in qualibet consistoriali ultra carlenum prime visionis capit grossos II pro se, qui, cum sit stipendiatus ab eis, nichil debet habere.

8. (f. 234). Domini scriptores apostolici: conqueritur curia de eis primo, quod capiunt ultra taxam indistincte ad minus IV, V grossos et dimidium ducatum et ultra et pro scriptura bullarum ecclesiarum vel monasteriorum consistorialium accipiunt ducatos IV, V vel sex, quo magis possunt et non immerito conqueruntur partes, quia scriptores debent esse contenti taxa sua et grossum unum pro qualibet carta et non ultra petere et scriptores non scribentes debent solvere quintam prisco more aut habere scriptores, qui pro eis scribant..... Item quando sunt plures materie in una bulla, omnia taxant ad rigorem, cum alias consueverint facere gratiam, nunc autem non faciunt.

(*a*) Lücke in Hs. (*b*) fehlt Hs.

Item quod a tempore Alexandri citra taxant bullas devolutorum in Francia ad ducatos X vel ad minus ducatos V, cum prius taxarentur ad grossos XX et si essent sub eadem vel diversa data cum principali bulla per cancellariam expedita; quod tollerare non possunt.....

9. (f. 234 v). Sollicitatores ianisarii: Quia dato uno inconvenienti plura subsequuntur nec supra fragile fundamentum fundari potest perpetuum edificium, ideo cum ex officio sollicitatoris nichil proficui vel honoris romane curie neque rei christiane resultet, quicquid ex eo provenit, onerosum est, ideo conqueritur mundus; possent de rapinis istius officii multa dici, que, cum ex mala institutione proveniunt, tollerare necesse est, unum tamen valde enorme non tacebo (folgen Klagen über Behandlung von ecclesiae titulares ähnlich wie bei Tangl KO 397 zweiter Absatz, nur sehr viel spezialisierter).

(f. 235). Item in consistorialibus, quando (*a*) unacum ecclesia vel monasterio datur pensio alterius consistorialis, exigunt etiam sex vel XII ducatos pro compensatione preter debitum (*b*), nichil enim eis pro beneficiorum retentionibus debetur nisi ducatus unus et grossi duo aut ducati II et grossi II, prout in aliis bullis simplicibus solvi solent.

Item in devolutionibus consistorialibus conantur exigere imo extorquere ut supra in aliis consistorialibus et nisi pratici, sollicitantes restitissent, etiam (*c*) talis parva exactio in frequenti usu esset, sed quando possunt exigunt a non praticis et continue ab omnibus petere non desistunt.

Item capellanus sollicitatorum pro generali consistoriali accipit indifferenter pro se grossos II, ut dictum est de capellano abbreviatorum, item pro qualibet obligatione capit grossum I indebite, quia tales obligationes cedunt ad utilitatem officii non per se.

10. Secretarius rev.mi domini vicecancellarii, qui contracedularum curam habet, ante paucis temporibus pro una contracedula ducatum unum habere et grossos II pro servitore (*d*), qui eam scribebat, nunc autem pro arbitrio capit ducatos X, XV et ultra, que mala et nova introductio est et ille, qui registrat huiusmodi cedulas, vult ad minus grossos VI.

Item pro retentione (*e*) beneficiorum nil debet habere, tamen capit ducatum I. Item si in cedula datur retentio (*f*) monasterii vel alteruis consistorialis, nil debet habere, tamen pro arbitrio capit ac si de novo vacaret.

Item pro dispensatione in cedulis nil debet habere; tamen capit ducatum unum et sic de quibuscunque derogationibus indultis et aliis, que in cedula ultra provisionem continentur. Hic abusus introductus est a tempore Alexandri citra.

11. Protonotarii participantes ex antiqua consuetudine tenebantur facere minutas bullarum ecclesiarum vel monasteriorum consistorialium et propterea fuit eis concessum, ut pro eorum laboribus acciperent pro primo centenario eorum, que sunt in taxa, ducatos V et deinde pro quolibet centenario ducatum unum, et hoc est fundamentum unum propter quod eis fuit constituta talis taxa; et tamen hodie neque faciunt minutas neque solvunt abbreviatoribus (*g*) turnum (*h*) neque minutas, que solvuntur a partibus, cum ipsi domini protonotarii omnia solvere debeant, sed de monasteriis, que per supplicationem expediuntur, ex quo ad eorum manus supplicationes non perveniunt, sed domini abbreviatores minutas faciunt, protonotarii nihil de-

(*a*) quam Hs. (*b*) delictum Hs. (*c*) tam Hs. (*d*) etwa zu ergänzen: exigere solebat. (*e*) recompensatione Hs. (*f*) recompensatio Hs. (*g*) abbreviatores Hs. (*h*) von andrer Hand auf leergelassenem Raum nachgetragen.

bent habere, ipsi tamen contra stilum antiquum a pauco tempore citra taxam omnium monasteriorum exigunt quomodocunque expeditorum ad supradictam rationem sed indebite, id tamen posse facere dicunt vigore mandati per Alexandrum VI eis concessi licet surreptitie etc.

Item exigunt taxam devolutorum, que per cameram expediuntur, pro quibus nihil debent habere, cum nulla parte se talibus immisceant; habent autem stipendiarios suos et in camera apostolica, qui preter eorum officium retinent prefatas bullas, ne faciant cursum suum, donec eis apponantur manus protonotariorum et sic retardantur expeditiones. Ne mirum igitur, si curia clamat.

Item in ecclesiis et monasteriis in partibus reductis non debent habere taxam nisi iuxta reductionem quemadmodum papa suum commune; tamen capiunt ad computum totius taxe sicut in non reductis.

Item in reductis per papam et consistorium ex gratia talis reductio servari debet; tamen ipsi nunquam servant, sed integraliter exigunt.

Item clericus (*a*) protonotariorum pro consistorialibus nil debet habere, tamen pro qualibet a paucis annis citra exigit grossos II.

Item de bullis provisionum consistorialium vel non consistorialium et, que per supplicationem per cameram expediuntur, nihil consueverunt unquam recipere; tamen a certis annis citra per quendam eorum salariatum exigunt de omnibus ecclesiis et monasteriis, que per cameram expediuntur. totum id, quod exigerent, si talis expeditio fieret per cancellariam. etiam si talis expeditio iam facta (esset) (*b*) per cancellariam, ita quod aliquando bis vel ter eorum iura exigunt.

Item de retentionibus monasteriorum nihil unquam consueverunt capere, nisi a tempore obtenti mandati citra. quod fuit tempore domini Alexandri VI, de quibus exactionibus multi clamores oriuntur.

Ad maiorem evidentiam alicuius abusus et corruptele notandum est. quod a pauco tempore citra quidam magne auctoritatis vir, cui deus parcat, advertens, quod bulle devolutorum non perveniebant ad manus protonotariorum neque pervenire poterant ad manus collectorum plumbi, quibus forte illa taxa de iure spectabat, incepit illam exigere per manus summiste. qui tunc temporis erat (*d*) illi taxa ius pontificium impositum tempore Alexandri VI quam quidem taxam sepius prefatus Alexander relinquere voluit. Videbatur enim sue Sanctitati inhonesta, tamen cum sibi persuasum fuerit prefatam taxam ascendere ad notabilem pecuniarum summam et utilius fore, si officio scriptorum brevium applicaretur, annuit Sanctitas sua eorum dictis. licet non libenter, asseruit se sepius cogitasse modum recompensandi prefatum officium in aliquo et taxam illam abolendi, quod si supervixisset, forte fecisset: quo abusu natum est aliud inconveniens, quod pro una bulla devoluti taxa protonotariorum bis solvitur, primo namque per scriptores brevium accipitur, secundo loco per protonotarios, qui eam debite exigi faciunt (*e*) a stipendiariis suis, ut antedictum est.

12. Dominus custos cancellarie debet habere taxam omnium bullarum, que expediuntur vigore consistorialium cedularum, litteris provisionum et conclusionibus dumtaxat exceptis; tamen si in cedula contineantur dispensationes pensionum regularium vel privilegiorum derogationes et huiusmodi, que sepe numero per sollicitantes ad cautelam non tamen animo expediendi bullas super eis in cedulis ponuntur, prefatus [tamen] custos exigit inte-

---

(*a*) clericis. (*b*) exigunt Hs. (*c*) fehlt Hs. (*d*) Das Folgende unverständlich. (*e*) faciant Hs.

gram taxam a partibus, ac si bulle de presenti expedirentur, que forte nunquam expediuntur; hoc (*a*) a pauco tempore citra introductum est.

Item familiares custodis nihil debent habere de consistorialibus; tamen pro qualibet expeditione exigunt ad minus grossos VI.

VI) Reformarbeiten unter Hadrian VI.

